

019

017

023

013


028

008

068

118

518



De Busiris sive Matharea villa et de fonte beatae Mariae
Virginis etc.

Ende

Anfang

Busiris, ut dixi fol. 74., dicebatur antiquitus villa illa, in qua est hortus balsami, et nunc dicitur Matharea. Est autem villa prima post desertum et ibi incipit terra habitabilis et primum hospitium est venientium a deserto in Aegyptum, ubi Busiris tyrannus magnus hospites suos diis immolavit. Villa haec est satis magna, sed habitatio solemnior est curia domini Soldani, in qua est fons et balsami hortus, et totum simul uno muro est inclusum, quae erat hospitium nostrum. Habet haec domus multas depictas et amoenas cameras et sunt in ea thermae domini Soldani et loca balneandi pro trecentis hominibus simul. Habet et altanas, in